



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XVII. Markgraf Ludwig vereignet dem in der Pfarrkirche zu Kyritz gegründeten Marien-Altare Hebungsrechte in Karintzow, im J. 1344.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

**XVI.** Markgraf Ludwig überläßt die Münze zu Kyriß Stendalschen Bürgern auf 12 Jahre, im J. 1443.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., contulimus, presentibus conferimus discretis viris Conrado hiddin, Engelberto filio suo, nycolao guntheri, nycolao bismarg, heyfoni valkoni, beringero & hogero filiis eius et hogero patruo suo, ciuitatis stendal ciuibus fidelibus nostris dilectis, manu coniuncta suisque veris et legitimis heredibus monetam ciuitatis nostre kyritz, postquam a festo beati jacobi proxime uenientis XIII<sup>or</sup> anni continue subsequentes exspirauerint, ex tunc eandem monetam sub modis, formis, iuribus, condicionibus, gratiis, honoribus, quibus predecessores suorum hactenus tenuerunt et rexerunt et possederunt, in antea XII annis continue subsequentibus quiete et pacifice tenendam, sine impedimento quolibet possidendam pariter et regendam, Etiam sub conditionibus sequentibus tenendam, videlicet quod queuis marca subsistat in puritate per vnus lotonis et quatuor denariorum defectum, et quod XXVIII solidi denariorum brandenburg. et quatuor denarii debent marcam in pondere continere. Cumque antiqui denarii prohibentur, extunc per illum annum nullus emere debet cum eisdem, sed cum denariis nouis emere debent omnes. Nouorum quoque denariorum ante festum beati Jacobi octo dies tempus erit. Item si denariis dictorum monetariorum varam decreuimus adhibere, hanc nusquam quam in eorum fabrica vel in eorundem camporum asserere faciemus; quod si alias denarii inventi fuerint non datui, per hoc monetarii nostri prenotati nullatenus respondere tenebuntur, sed immunes et indempnes erunt ab excessibus ceterorum; et qui inter ipsos solus deliquerit, solus sibi gratiam commendabit. Volumus etiam purificare aut denarios cambire, absque dictorum monetariorum nostrorum plenaria voluntate, sed solummodo aurifabri argentum cremabunt, quantum indigeantur ad operandum. Et si aliquis aliquem de dicitis nostris monetariis ab hac luce medio tempore migrare contingeret, ipsius legitimis heredibus vel amicis propinquis firma debemus tenere hec omnia prenotata. Inhibemus etiam sub pena . . . . . et corporis, ne quis cristianus vel iudeus denarios graues vel leues eliciat vel eligat per aliquam libram vel instrumentum, quod segger dicitur, vel instrumentum aliud qualecunque, statuentes, quod quicumque comprehenditur talia comittere, deprehendens quartam partem tollat de emenda excessus eius, et ciuitas, in qua deprehensus fuerit, quartam partem, duos mediam partem nostris vibus reseruamus. Nullus eciam prenotatis nostris monetariis varam inferre presumat, sine nostro consensu certo, benivolo seu expresso. in quorum testimonium etc. Testes — — deke, swarzburg, wamprecht, pincerna, lochen helbe, hartmager, milites, et g. wolf ceteri. Datum stendal, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XLIII, die dominica intra festum b. francisci.

Nach dem Leipz. Copialbuch der Vogtei Havelberg, Bl. 17. 18. Nr. XLVIII.

**XVII.** Markgraf Ludwig verzeuget dem in der Pfarrkirche zu Kyriß gegründeten Marien Altare Hebungsrechte in Karinsow, im J. 1344.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc. prouidentes salutare remedium animarum magnificorum



principum bone recordacionis marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum, ex mera nostre mentis benivolentia appropriauimus et presentibus appropriare decreuimus altari, in honorem beate marie virginis dedicato, in ecclesia parochiali ciuitatis nostre kyritz sito, per discretum virum Borkinum ciuitatis predictae ciuem dotato seu fundato, in villa karintzowe III choros siliqnis annui pactus et III libr. denariorum brandenburgensium in precaria ibidem nec non III<sup>or</sup> talenta denariorum brandenburgensium eorundem in moneta ciuitatis antedictae kyritz, ob id, vt frequentius cultus diuinus ob fidelium memoriam peragatur, sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus pertinenda, addicientes vero, si transpositionem vel mutationem monete ciuitatis predictae redditibus dicti altaris preiudiciale fieri contingeret, ex tunc alibi eidem altari tot redditus, quod sibi occasione mutationis predictae deperirent, appropriare tenebimur et debemus. In cuius testes Eck, husener, pincerna, magister coquine, helbe, milites, wedel senior et gerardus wolf. Datum kiritz, anno M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XLIII<sup>o</sup>, sabbato post agnetis.

Nach dem Leipziger Copialbuch der Vogtei Havelberg, Bl. 19 a. Nr. LIII.

### XVIII. Die vorstehende Urkunde nochmals.

Nouerint vniuersi, tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, sacri Romani Imperii archicamerarius, Comes palatinus Renj, Bauariae et Carinthiae dux, Tyrolis et Goericie comes, pretendentes salutare remedium animarum magnificorum principum bone recordacionis marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum, ex mera nostre mentis benivolentia, appropriauimus et presentibus appropriare decreuimus altari, in honorem beate marie virginis dedicato, in ecclesiaque parochiali ciuitatis nostre kyritz sito, per discretum virum Boerdekinum, ciuitatis predictae ciuem, dotato seu fundato, in villa karintzowe duos cum dimidio choros siliqnis annui pactus et duo cum dimidio talenta denariorum brandenburgensium in precaria ibidem, nec non quatuor talenta denariorum brandenburgensium eorundem in moneta ciuitatis antedictae Kiritz ob id, vt eo frequentius cultus diuinus ob fidelium memoriam peragatur, sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus pertinenda, addicientes vero, si transpositionem vel mutationem monete ciuitatis predictae redditibus dicti altaris preiudiciale fore contingeret ex tunc alibi eidem altari tot redditus, quot sibi occasione mutationis predictae deperirent, appropriare tenebimur et debemus, Transferentes eiusdem altaris Jus presentandi in plebanum eiuitatis nostre predictae, qui pro tempore fuerit uel in posterum per nos aut heredes nostros ad eiusdem ciuitatis nostre kiritz ecclesiam parochialem presentatur, sic quod ad ipsum altare quotiens vacauerit personam idoneam nostro beniuolo cum fauore poterit presentare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes vero huius sunt strenui viri Johannes de husen, Camere noster magister, Wilhelmus Bombrecht, pincerna noster, Bertoldus de Ebbenuosen, coquine nostre magister, Otto de helbe, milites hasso de wedel senior, et Gerkinus wolf, Curie nostre iudex, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Kiritz, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> quarto, sabbato ante diem sancte agnetis virginis.

Nach dem auf dem Rathhause zu Kyriz befindlichen Original. Es ist diese Urkunde hier zwei Mal, erstlich aus dem Copialbuche der Leipziger Rathsbibliothek, dann nach dem Original abgedruckt worden, weil es mir von Interesse zu seyn schien, hier durch ein recht einleuchtendes Beispiel, wozu sich